Actio hypothecaria, seu *quasi serviana*, seu interdictum salvianum, quando etiam competit, nec ne? *tr. 2. l. 2. c. 10. n. 142. p. 213.*

Cui hypothecaria competit actio, competit itidem utile remedium interdicti salviani: *tr. 1. l. 4. c. 8. n. 158. p. 557.*; hoc enim interdictum datur creditoribus bona sui debitoris habentibus obligata: *n. 159.*, & contrarium: *n. 160.*: datur etiam contra quemcumque bonorum obligatorum possessorem: *num. 161.*; & contra quemlibet possessorem singulari titulo possidentem: *n. 162. p. 557.*

Cætera videsis in verb. *Hypotheca*.

Acto institoria quæ, & adversus quos detur? *tr. 4. l. 5. c. 8. à n. 36. à p. 376.*; dicitur ab institore; & in multis cum exercitoria convenit: *tr. 4. l. 7. c. 9. n. 3. p. 178.*; & *n. 12. p. 179.* in quo differat?

Curatores quâ obstringantur actione, & alia multa, reperies in verb. *Curator* vers. *Qua actione*, & *ad quid*? *Qua actione*, & ad quid absentis, & ventris curatores? Invenies in verb. *Curator*, vers. *Ad quid*, & *qua actione*?

Quibusnam actionibus cogendi sint tutores, curatores, socii, administratores, negotiorum gestores, Magistri navium, instidores, exercitores, & similes ad rationes praestandas? *tr. 4. l. 5. c. 8. t. à p. 369.*

Remedium legis fin. cod. de edict. *Divi Hadriani tollend.* quando? *tr. 2. l. 2. c. 10. à n. 35. ad 125. à p. 204.*

Actio mandati ordinaria est: *tr. 9. q. 61. n. 9. p. 358.*

Actio noxalis porrigitur adversus dominum servi: *tr. 4. l. 4. c. 10. n. 10. p. 279.*

Actio persecutoria rei in heredes, & heredibus activè, & passivè transit: *tr. 4. l. 1. c. 2. n. 3. p. 18.* & *l. 4. c. 3. n. 4. p. 93.* Ast:

Si ad persequendam unam rem plures actiones competit, una intentata, altera non datur, si ex eodem iure proveniunt: *tr. 4. l. 3. c. 9. n. 42. p. 205.*, & *l. 4. c. 6. n. 19. 21. p. 260.*; quando autem diversæ, & separantur actiones, in una contentum, in alia non includitur: *tr. 4. l. 1. c. 5. n. 33. p. 52.*

Quamobrem in favorem minorum aliquæ introductæ fuerint actiones? *tr. 4. l. 2. c. 1. n. 1. p. 86.*

Actio personalis, non rem, verum personam sequitur: *tr. 1. l. 3. c. 7. n. 6. p. 310.*; non autem datur contrasingulararem possessorem: *tr. 1. l. 4. c. 8. n. 8. p. 536.* & *tr. 9. q. 21. n. 26. p. 102.*; nisi in subsidium: *dict. c. 8. n. 104. p. 550.*; & isthac actio personalis semper principalis est, licet cum reali concurrat: *dict. q. 21. n. 11. p. 101.*; & contra principaliter obligatos prius agendum est: *ibidem num. 12. p. 101.*

Actio petitionis hereditatis? *tr. 2. l. 2. c. 10. à n. 143. ad 156. à p. 213.* Quid in ista actione actor probare debeat? *tr. 9. q. 52. num 5. p. 290.*, & videsis verb. *Dominium*, & verb. *Probatio*.

Actio realis quænam sit? *tr. 9. q. 41. n. 11. p. 239.*

Actio rerum amotarum contra sponsam datur: *tr. 3. l. 3. c. 6. n. 26. p. 112.*

Actio revocatoria quando competit anterioribus creditoribus adversus posteriores? *tr. 1. l. 3. c. 8. num. 112. 113. p. 328.* & *tr. 2. l. 5. c. 10. à n. 2. ad 34. à p. 201.*

In legatarium nec actiones activæ, nec passivæ transeunt: *tr. 1. l. 4. c. 2. n. 28. p. 427.*

Actio, vulgo dicta tutelæ, definitur:

tr. 4. l. 2. c. 1. n. 2. p. 86.; alia directa, alia utilis nuncupatur: *tr. 4. l. 1. c. 1. n. 9. 17. à p. 7.*; alia etiam contraria dicitur: *tr. 4. dict. l. 1. c. 1. n. 10. & 17. à p. 7. & tr. 4. l. 5. c. 1. n. 1. p. 303.*: cur arbitrium tutelæ nuncupetur? *tr. 4. l. 2. c. 1. n. 3. p. 86.*; ex quasi contractu oritur, & cur? *Ibid. n. 4. 5. 6. p. 86.* Hæc aëlio tutelæ directa ex omnibus non faciendis factis, & ex faciendis omissis nascitur: *tr. 4. l. 2. c. 2. n. 1. p. 88.*; quid in eâ veniat? *ibi à n. 2. ad 6.*; quid è contra non veniat? *à n. 7. p. 88.* Tutor, sive is, qui olim tutor fuit, actione tutelæ directa conveniri potest: *tr. 4. l. 2. c. 3. n. 1. p. 90.*; quæ quidem actio procedit etiam adversus liberti patronum tutelam gerentem: *ibi n. 2. 3.*; nihil obstante, quod hæc tutelæ actio quandoque infamet: *n. 3.*; eo, quod nec semper dolum vindicet: *n. 4. p. 90.*; datur etiam actio ista directa adversus matrem: *n. 5. p. 90.*; fratrem: *n. 6.*; tutores honorarios: *n. 7.*; testamentarios tutores: *n. 8. p. 91.*; hæredes tutorum: *tr. 4. l. 4. c. 7. t. à p. 263.*, & in verb. *Hæres*; filios-fam., & eorum patrem, saltem obliqua de peculio, vel de in rem verso: *tr. 4. l. 2. c. 3. n. 10. p. 90.*; & etiam in solidum contra patrem quando ipse filium tutorem dedit, & ejus tutelam agnovit: *ibi n. 11.*; vel quando ipse pater intercessit periculum in se suscipiens: *n. 12.*; adversus patrem filiorum tutorem, si legitimus administrator non sit, & in filiorum bonis usumfructum non habeat: *n. 16.*; sed hæc patris obligatio non datur postquam filius est emancipatus: *n. 13.*; datur etiam adversus fiscum: *n. 14 p. 91.*; adversus dominum de peculio pro gestis à servō: *n. 17.*; adversus tutoris hæredes: *n. 18. p. 91.* Omnes tutores in solidum hac actione conveniri posunt, praeterquam si à testatore, vel à judice tutela divisa sit: *tr. 4. dict. l. 2. c. 3. n. 9. p. 91.*

Conceditur hæc aëlio tutelæ directa pupillo, seu potius adulto, transgenti sub tutoris administratione: *tr. 4. l. 3. c. 4. n. 1. p. 93.*; sicut etiam hæredibus pupilli: *ibi n. 2.*; & in solidum contra quemlibet tutorem: *n. 3.* Non tamen conceditur in personalibus cum prælationis privilegio cæteris creditoribus: *dict. c. 4. n. 5. p. 93.*; in realibus verò activè, & passivè tacita hypotheca competit: *n. 6.*; non conceditur itidem minori viginti quinque annorum sine curatoris authoritate agenti: *n. 7.*; nec tutori contra tutorem: *n. 8.*; an habenti jus in hæreditate, vel bonis administratis adversum tutorem ob malam administrationem in præjudicium ipsius tertii? Negative refolvitur in *dict. c. 4. à n. 14. p. 94.*

Quoniam in tempore actio ista directa tutelæ intentari queat jure civili attento? Tutelæ finitam: *tr. 4. l. 1. c. 6. à n. 1. p. 57. & l. 2. c. 5. n. 1. p. 96.*; ita quod nec contutor durante tutelæ adversus contutorem agere valeat ad rationes petendas, sed tantum eum suspectum allegare potest: *dict. c. 5. n. 2. 11. p. 96. 97.*; nec curator, tutorvè ad reddendas rationes compelli potest à minore, nisi post vigesimum sextum annum expletum: *ibid. n. 3. p. 96.*; estò tutor, vel curator relegatus sit: *n. 4.*; & adhuc tutela finita, diem pecuniæ creditæ spectare debet: *n. 5.* Verùm prædicta non procedunt in curatore furioso: *ibid. n. 6.*; nec in procuratore, in eovè, qui pro tute se gesit: *n. 7.*; nec contra duorum pupillorum tutorem respectu illius, qui ad legitimam pervenit ætatem, licet alter nondum ætatem legitimam tetigisset: *n. 8. p. 96.*; sicut etiam quando pupillus alteri successit, cuius tutor erat idem, hic enim pro tutela, morte finita, conveniri potest: *n. 9. p. 97.*; tutor honorarius ab altero, cuius factum præstare tenetur, rationem

exigere valet : *n.* 10. ; si tutela ad alium translata fuerit , cum priori tutele judicio agi potest , nihil remorante , quod impubes adhuc sub tutela sit: *n.* 12. ; tutor itidem desinens tutor esse ob reipublicæ causam actione ista conveniri valet: *ibi n.* 14. 15. 18. *p.* 97. ; tutor in locum alterius administrans , finitâ administratione , sic similiter convenitur: *n.* 16. ; pariformiter tutor desinens esse tutor: *n.* 17. *p.* 98. ; sed in his casibus quisnam pupilli nomine actionem istam instituet ? Specialis curator ad litem dandus: *dicit. c.* 5. *n.* 19. *p.* 98. Convenitur etiam tutor , tutelâ durante , ex actione à tutela non profluente: *ibi n.* 20. 23. ; & etiam , si à tutela tanquam suspectus removeatur: *n.* 21. ; vel si ei tanquam suspecto curator adjungatur: *n.* 22. ; vel si bona pupilli diminuerit: *n.* 24. ; vel aliis in casibus , de quibus *ibi n.* 25. 26. *p.* 98.

Coram quo judice actio isthæc tutelæ proponenda sit ? Coram tutoris judice , sequente actore forum rei: *tr. 4. l. 2. c. 7. n. 1. p.* 102. ; & si plures sint tutores , pluresvè hæredes unius , omnes apud eundem judicem conveniendi sunt , licet in diversis jurisdictionibus habitent: *ibi n.* 2. De jure autem nostro coram orphanorum judice hæc actio intentari valet , quamvis actor jam sub cura non sit , & ab orphanorum jurisdictione exemptus fit: *n.* 4. ; si tutor alias clericus , alias laicus esset , secluso jure nostro , actio intentanda foret coram judice ecclesiastico: *n.* 5. ; ubi verò pupillus , aut adultus in diversis provinciis habuerint bona , ob idquæ plures tutores , seu curatores habent , coram quo judice conveniendi sint? *à n. 6. p.* 102. Tutor , curator , procurator , vel institor , qui Curiâ aliena negotia gesserunt , Curiâ citari , & conveniri possunt , quamvis ibi reperti non sint: *n.* 12. *p.* 103.

Ad quid actio tutelæ dirigatur ? *tr. 4. l. 2. c. 8. à n. 1. p.* 107. ; per eam vide-licet adultus res suas , & rationis reliquum à tutele petere valet: *tr. 4. l. 2. c. 9. n. 1. p.* 118. ; dummodo priùs probet res ad tutoris manus perve-nisse: *ibi n. 2. ;* & quod rationes priùs reddantur: *n. 3. ;* ratione quippè pen-dente , incertum est quis debitor sit: *n. 4. ;* res etiam commodatæ , aut de-positæ à patre pupilli apud tutelem , seu curatorem existentes , per hanc actionem peti possunt: *n. 16. p.* 120. ; sive delatæ tutelæ tempore , sive posteà delatæ sint: *n. 17. ;* & quod pupillo interest propter factum , vel omissum , quod fieri , vel omitti non debebat: *tr. 4. l. 2. c. 11. n. 1. p.* 142. & *c. 12. n. 12. p.* 157. Quidquid dolo , lata , levivè culpâ tutoris , vel abest commodi , vel adest damni , similiter istâ tutelæ actione petitur: *tr. 4. l. 2. c. 12. n. 1. p.* 155. ; administrare enim debet , ut non amittat , & nil inter-mittat unde pupillo commodum ac-cedat: *ibi n. 2. p.* 155.

Actio directa tutelæ an contra unum ex pluribus tutoribus in solidum move-ri queat? *tr. 4. l. 3. c. 2. à n. 1. p.* 166.

Filius emancipatus actione hac con-ventus ad quid obstringatur? *tr. 4. l. 3. c. 2. n. 12. 13. p.* 167.

Servus ad quid? *tr. 4. l. 3. c. 2. n. 14. p.* 167.

Quanto tempore præscribatur actio isthæc directa tutelæ? Sermo nobis erit in verb. *Præscriptio* vers. *Tute-læ actio.* Adhuc non sisto: quando perimitur? Donec in confuso disqui-ras , non benè responcionem intelli-ges. Quando ergo exceptione libe-rationis seu quietationis? Gressus dirige ad *l. 3. c. 6. t. à p.* 182. , & in verb. *Quietatio:* exceptione trans-actionis quando? *tr. 4. l. 3. c. 7. t. à p.* 191. , & in verb. *Transactio:* exceptio-ne acceptilationis , seu stipulationis quando? *c. 8. t. à p.* 195. , & in verb. *Acceptilatio* , ac *Stipulatio*: quando

ex-

Ac Seu Index Generalis. Ac II

exceptione rei judicatae? c. 9. t. à p. 200., & in verb. *Exceptio* verl. *Cessat actio tutelæ*: exceptione juramenti quando? c. 10. t. à p. 210., & in verb. *Juramentum*: solutionis exceptione quando? c. 11. t. à p. 220., & in verb. *Solutio*: quando novationis exceptione? c. 12. t. à p. 223., & in verb. *Novatio*: quando ordinis exceptione? tr. 4. l. 4. c. 2. t. à p. 239., & in verb. *Ordo*: exceptione divisionis quando? tr. 4. l. 4. c. 3. t. à p. 244., & in verb. *Divisio* verl. *Divisionis exceptio*: exceptione cedendarum quando? c. 4. t. à p. 249., & in verb. *Cessio* verl. *Cedendarum actionum beneficium*: beneficio utilium actionum quando? tr. 4. l. 4. c. 5. t. à p. 255., & supra hoc eodem verb. verl. *Actiones utiles*.

Actio contraria tutelæ definitur: tr. 4. l. 5. c. 1. n. 8. p. 305.; quæ sit, & unde dicta? c. 1. n. 1. p. 303.; quare introducta fuit, & à quo jure? ibi n. 2.; bonæ fidei est: n. 3. p. 304.; tutori bene gerenti contra adultum datur: n. 4.; curatori sive minoris, sive prodigi, sive similium, actio utilis contraria datur: n. 5.; hæredibus competit, & in hæredes porrigitur: n. 6.; nec extraordinaria, nec pœnalis est, sed rei persecutoria: n. 7.; post tutelam, & curam finitam conceditur: ibid. n. 9. 10. 11.; quid in curatore ad litem? n. 12. Actio hæc ex eo provenit, quod tutor, vel curator aliquid in rem pupilli, seu minoris expendit: tr. 4. l. 5. c. 1. n. 13. p. 305.; licet sine decreto, dummodo utiliter: ibi n. 14.; veluti si debitum pupilli, aut minoris legaliter solvere: n. 15.; & si aliquid in rem pupilli, seu adulti ante tutelam, seu curam, vel posteà versum fuerit: n. 16.; quando scilicet pro pupillo, vel adulto se, & bona sua obligavit, ut liberaretur: n. 17.; velex eo, quod tutori, curatorivè certum salarium constitutum sit: n. 18.; vel quod tu-

tor, curatorivè exactionem debiti sui ob tutelam, seu curam distulit: n. 19. Hac tamen actione non expicitur illud, quod pupillus ex alia causa debet: ibid. n. 20.; sicut etiam denegatur ad petendas expensas mala fide factas: n. 21.; & ad illud plus æquo expensum: n. 22.; vel quod non expediebat: n. 23.; vel indebet solutum: n. 24.; vel expensas in seipso factas: n. 25.; vel ad repetendum quod pro contutore, seu concutore solverit: n. 26. Conceditur autem hæc actio esto pupillus, vel adultus directam non moveat: n. 27.; & fortius si pupillus actionem de rationibus tutelæ distrahendis intentaverit: n. 28.; vel tutor, seu curator, ut suspectus, remotus sit: n. 29. p. 306. Sic similiter, quod propter tutelam, curamvè abest, hac in actione venit: ibi n. 30.; & quod tutor, seu curator, negotiis pupilli, vel adulti impeditus, lucrari potuit: n. 31.; nisi tantum in substantia pupilli, seu minoris fuerit, ut exinde expensæ fieri potuerint, vel nisi ad usuras actione tutelæ teneatur: n. 32.; hodie verò non usuras, verùm danni emergentis, seu lucri cessantis, interesse petere possunt: n. 33.; obligatus ex administratione per istam actionem petere potest, ut rationes suas excutiantur: à n. 34. ad 37.; &, si in rationibus datis vel coacte, vel voluntarie, dominus rationis debitor appareat, condemnandus venit, licet per reconventionem non petatur: n. 38. p. 307.; alias merito appellatur: n. 41. p. 307.

Actio pro tutelæ quando, & contra quos competit? tr. 4. l. 4. c. 9. t. à p. 273., & in verb. *Tutor* verl. *Pro-tutor*, & *Pro-curato*.

Actor si non probet, reus absolvitur: tr. 4. l. 8. c. 5. n. 29. p. 239.

Actus à tutele gestus, tutorio nomine intelligitur factus, si res pupilli recipiat: tr. 4. l. 4. c. 1. n. 13. 22. p. 227.

230; quod limitatur quando actus geritur post tutoris officium depositum: *n.* 14. *p.* 227.; & sublimitatur vel quando tutoris dolus intervenit, vel quando novatio fit: *n.* 15. *p.* 228. Actus prohibitus à jure de voluntario, non de necessario intelligitur: *tr.* 4. *l.* 8. *c.* 17. *n.* 23. *p.* 334.; ubi à *n.* 20. *p.* 333. quod adhuc actus voluntariè factus, dicitur necessarius, si faciens cogi poterat ad illud facendum.

Actus quando gratiosus, quandovè ex vi tituli factus præsumatur? *tr.* 9. *q.* 55. *n.* 13. & seqq. *p.* 314.

An semel perfectus virtetur, si casus, à quo incipere non poterat, superveniat? *tr.* 9. *q.* 81. *n.* 7. *p.* 438., & vide infrà verb. *Factum* vers. *Factum legatum*.

Actus non tribuitur gerenti, sed mandanti: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 1. *n.* 46. *p.* 74.

Quando unus actus venit in executionem alterius, si à primo non admittitur appellatio, nec à secundo: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 1. *n.* 47. *p.* 75.

Actus non voluntarius, sed coactus ille dicitur, per quem fit, quod preciè fieri debuerat: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 1. *n.* 48. *p.* 75.

Actus ultrà intentionem agentium non extenduntur: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *num.* 84. *p.* 119.

Accusatio. Nemo sine accusatore condemnandus: *tr.* 3. *l.* 8. *c.* 3. *n.* 17. *p.* 298.; quod favore pupillorum fallit: *ibi n.* 18.

Accusare quemquam, vel publico iudicio reum facere, non est permisum mulieribus: *dict.* *c.* 3. *n.* 11. *l.* 12. *p.* 298.; neque infamibus: *ibi num.* 9. *p.* 298.

Accusare inimicum duntaxat permittitur, quando quis agit de vindicanda suâ, suorumquè injuriâ: *tr.* 6. *l.* 2. *c.* 19. *n.* 5. *p.* 59.

Aristophanes 95. vicibus accusatus, tot aliis à calumniis victor evasit: *tr.* 8. *palestr.* 2. *lect.* 13. *p.* 261. *col.* 2. *in fin.*

Idem eventus 50. vicibus Catoni accidit: *palestr.* 2. *lect.* 12. *p.* 261. *col.* 2. *Adagium*. Unde profluit illud: neque Hercules contra duos? *tr.* 8. *palestr.* 3. *lect.* 1. *p.* 337. *col.* 1. *in princip.* Unde illud: Aristogiton claudicat? *ibi p.* 345. *col.* 1. *in pr.*

Ademptio legatorum quando facta dicatur? *tr.* 2. *l.* 5. *c.* 3. *n.* 141. & seqq. à *p.* 454., & videsis verb. *legatum*, ac *Inimicitia*.

Adimplementum. Videsis verb. *Exceptio* vers. *Exceptio non adimplementi*.

Addisco. Si orphani, & pupilli neglexerint, aut nolint scientias, artes, aut officia addiscere, supplicio tradendi sunt; &, si hoc non sufficiat, inviti ad Indiam, seu regionem Brasiliacum mittendi: *tr.* 3. *l.* 5. *c.* 14. *n.* 27. *p.* 389.

Aditio hæreditatis triplici fit modo, animo videlicet, verbis, & facto: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 8. *n.* 7. *p.* 212; animo, quando in eo quis aditionem destinat: *n.* 10.; verbis, quando se adire hæreditatem declarat: *n.* 7.; facto, quando se pro hærede gerit: *n.* 8.; vel (exempli gratiâ) possidendo res hæreditarias: *n.* 9.; vel dando eas in solutum hæreditariis creditoribus: *n.* 12.; vel implendo conditionem, sub quâ fuit hæres institutus: *n.* 13.; vel mandando eas vendere: *n.* 14.; vel respondendo in iudicio ut hæres: *n.* 16.; vel ex dispositione, hæreditativè transactione: *n.* 15.; vel faciendo alios actus, de quibus agunt DD., qui referuntur in *n.* 17. *p.* 212.

Quænam requisita postulentur, ut hæreditas adiri queat? *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 8. *n.* 18. *pag.* 213.; primò requiritur, ut adiens sciat, se esse hæredem: *n.* 18.; secundò, ut sciat causam, videlicet an ex testamento, anvè ab intestato succedit: *n.* 19.; tertiò, ut sit purè institutus: *n.* 20.; quartò, ut sit sui juris: *n.* 21.; quintò, ut sit mentis compos: *n.* 22.; sextò, ut 14. annorum sit maior: *n.* 23.; septimò, ut sciat

sciat testatorem esse mortuum: n. 24.; octavò, ut sciat testatorem potuisse testari: n. 25.; nonò, ut sciat nullum alium consanguineum eum præcedere, quando ab intestato hæreditatem adire intendit: n. 26.; decimò, ut ad aditionem virtute testamenti detur habilitas tribus temporibus: n. 27. p. 213.

Aditio est quid facti, &c, quin probetur, facta non præsumitur: tr. 1. l. 2. c. 8. n. 31. p. 213.; ideo qui intendit hæreditatem fuisse aditam, illud probare cogitur: ibi n. 31.; & non sufficiunt præsumptiones, conjecturævè: n. 33., quamvis agatur de hæreditate opulenta: n. 34. p. 213. & n. 48. p. 215., & quamvis sit filius: n. 34. 48. p. 213. 215., nec sufficiunt probationes æquivocæ: n. 36. p. 214., nec etiam sufficit probare delatam fuisse hæreditatem, nisi insimul demonstretur aditio: n. 37.; nec itidem sufficit, quem esse institutum in testamento: n. 38.; nec sufficit inventarii confectio: n. 29. p. 213. n. 39. 41. 42. p. 214., & l. 3. c. 4. n. 9. p. 300., præterquam quod si inventarium conficiat nomine hæredis, atque uti hæres: n. 49. p. 215., & ad id sufficit confidentem pati, quòd Notarius eum scribat hæredem: n. 50. p. 216., quia hæreditas dicitur adita ex eo duntaxat, quòd quis se hæredem nominet: n. 51.; non autem ex eo solum, quòd conditio, sub quâ hæres instituitur, existat: n. 52., nisi conditio existere nequeat absque eo, quòd hæreditas censeatur adita: n. 53.; nec sufficit retentio tantum bonorum: n. 30. p. 213.; ideo creditores agere nequeunt adversus filium, quin esse hæredem probent, usumquè haud fuisse Prætorio beneficio: n. 42. Quò ad utilia verò filius patris hæres præsumitur: n. 43. p. 214.; quod si uti filius in judicio compareat, & non uti hæres, condemnari non potest: n. 44. p. 215.; secùs si agat,

sevè defendat hæredis nomine: n. 45. p. 215.

Hæres gravatus hæreditatem adire cogitur: tr. 1. l. 3. c. 2. n. 30. p. 286.; ast in tali casu quartam non detrahit: ibi n. 31.; cogique potest licet institutus fuisset sub conditione, si velit: n. 32.; fideicommissarius particularis tamen non potest hæredem adstringere, ut hæreditatem adeat: n. 33.; hæres autem, coactus adire hæreditatem, solvere non tenetur, nec legata ab eo nominatim relictæ: ibid. n. 34. p. 286.

Aditio hæreditatis fieri potest ab hærede purè instituto, quoties testator è vivis exit: tr. 1. l. 2. c. 8. n. 2. p. 212.; ab instituto verò sub conditione, solum adveniente conditione: ibi n. 3.; ab instituto autem in diem, aliquando statim, aliquando post diem: n. 4.; ab instituto denique sub modo, duntaxat post modum impletum: n. 5. 6. p. 212.

Hæreditate non adita nunquid debentur legata, maximè pia? Duplum reperies sententiam in tr. 1. l. 2. c. 8. n. 54. 55. p. 216.; libertates, & legata? l. 4. c. 9. n. 14. p. 563.

Hæres adiens hæreditatem quasi contrahit cum creditoribus, & legatariis defuncti, & cum ipso defuncto: tr. 1. l. 2. c. 9. n. 8. 9. p. 220.; quamvis contrarium aspiciamus in n. 10.; testatoris factum, & ejus obligationem ratificare censetur: tr. 1. l. 3. c. 12. n. 9. p. 380.: quid autem si simpliciter adeat absque scientiâ onerum? Nec ideo censetur ratificâsse hypothecam de propriis bonis à defuncto factam: ibi n. 18. 19. 20. p. 38.

An præferatur extraneus, se se offens ad adeundam hæreditatem sine inventarii beneficio, hæredi suo volunti adire duntaxat cum præfato beneficio? Negantes laudamus: tr. 1. l. 3. c. 8. n. 182. p. 333.

Mulier, hæreditatem mariti sine inventario adiens, non deducit doerium

statuariū invitis creditoribus: *tr. 1. l. 3. c. 4. n. 1. 3. 16. p. 299.* & seqq., licet contrarium: *n. 4.*; dedit autem indubie si inventarium conficiat: *n. 15. p. 300.* Et an adversus aditionem sine inventarii confectione restituenda veniat hæreditas? Duplex sententia proponitur in *l. 3. c. 5. à n. 1. p. 303.*, sed *n. 19. p. 304.* negativa amplectitur.

Hæreditas postquam est adita patrimoniu[m] hæredis est: *tr. 1. l. 2. c. 9. n. 124. p. 232.*, & *l. 4. c. 14. n. 27. p. 672.*; & hæredis conditionem sequitur: *ubi proximè n. 28.*

Quò ad retentionem nil nocet hæreditatis aditio: *tr. 1. l. 3. c. 4. n. 2. p. 299.*

Permittitur hæredi adire hæreditatem absque inventario: *tr. 1. l. 4. c. 11. n. 26. p. 609.*

Favore minorum hæreditas statim censetur adita: *tr. 1. l. 4. c. 14. n. 26. p. 672.*

Aditio cum beneficio inventarii habetur loco abstentionis: *tr. 1. l. 4. c. 11. n. 22. p. 609.*

Tempus adeundæ hæreditatis utroque jure est idem? Quipotè? De jure communi est triginta annorum: *tr. 1. l. 4. c. 5. n. 9. p. 457.* *tr. 2. l. 1. c. 1. n. 60. p. 7.* & *l. 8. c. 13. num. 5.* & seqq. *p. 837.*; de jure hodierno hoc tempus moderatur ad effectum, ut hæreditati jacenti curator detur: *dict. l. 4. c. 5. n. 10. p. 458.*

Aditio, & repudiatio hæreditatis pari passu deambulant: *tr. 2. l. 1. c. 12. n. 38. p. 107.*, & videoas verb. *Repudiatio.*

In nostro Regno non inducitur aditio ex verbis, nisi in judicio aditionis terminus assignetur: *tr. 2. l. 1. c. 12. n. 54. p. 108.*

Adire qui potest, repudiare potest, & contra, qui adire nequit, repudiare non valet: *tr. 2. l. 1. c. 12. n. 26. p. 106.* Adire igitur nequit infans: *ibi n. 27.*; furiosus: *n. 28.*; filius fam. sine iusu patris: *n. 29.*; pupillus si-

authoritate tutoris, & judicis orphorum: *ibi à n. 30. ad 32. p. 107.*; & an pater adire valeat hæreditatem à filio repudiata[m]: *ibi à n. 68. ad 73. p. 110.*; ubi quid de Monasterio respectu Monachi, de domino respectu servi.

Aditione partis hæreditatis tota hæritas judicatur adita: *tr. 2. l. 1. c. 12. n. 37. p. 107.*

Aditione unius ex institutis finitur substitutio vulgaris pluribus facta indefinite, & simpliciter, copulativè, & conjunctè: *tr. 2. l. 5. c. 10. n. 111. p. 521.*; secùs si fiat separatim: *ibi n. 112. p. 521.*

Aditio hæreditatis delatae pupillis, & minoribus, quomodo, & quando per eorum tutores, & curatores fieri debeat? *tr. 3. l. 6. c. 31. t. à p. 71.*

Si posthumus in testamento patris præteritus sit, & alius institutus, nequit iste, donec exitus videatur, hæreditatem adire: *tr. 4. l. 4. c. 12. n. 28. p. 288.*

Per aditionem hæreditatis patrimoniu[m] hæredis cum patrimonio defuncti confunditur, & unicum reputatur: *tr. 4. l. 8. c. 10. n. 10 II. p. 284.*; nisi hæres cum inventarii beneficio adierit: *n. 12. p. 384.*

Adiens hæreditatem metu, hæres efficitur; sed restituitur: *tr. 9. q. 9. n. 2. p. 36.*; contrarium autem in *num. 27. p. 38.*

Reliqua jam tetigimus in verb. *Abstentio*, ubi, si placeat, videsis.

Adjudicatio dominium transfert: *tr. 2. l. 8. c. 1. n. 1. 2. 3. p. 785.*; etiam sine apprehensione, & traditione: *n. 5.*; & induit naturam contractus emptionis, & venditionis: *tr. 2. l. 8. c. 21. n. 3. p. 862.*

Adjudicatio debiti abstentionem non frangit: *tr. 9. q. 47. n. 1. p. 270.*

Administratores, *Administratio*. Administrator omnis, quocumque nomine dictus, tenetur inventarium confidere: *tr. 1. l. 4. c. 10. n. 1. p. 588.*; rationes-

tionesquè reddere : *tr. 3. l. 3. c. 10. n. 1. p. 131.*, & videsis in verb. *Inventarium*, vers. *Administrator omnis*. Pater administrare quit bona hæreditatis fratri, ad quam ipse, & filius venit: *tr. 1. l. 4. c. 13. n. 90. p. 664.*; sicut etiam ei non denegatur administratio ususfructus relicti filio servo: *ibid. n. 91.*

Administrator non præsumitur dives factus ex administratione, si inventarium confecit: *tr. 1. l. 4. c. 3. n. 43. p. 445.*

Omnis administrator regimen suum custodire adstringitur: *tr. 1. l. 4. c. 10. n. 4. p. 589.* & *n. 93. p. 601.*; & fines illius aggredi nequit: *dicit. c. 10. n. 96. p. 601.*; ita, ut solutio facta contra regimen, seu mandatum sit invalida respectu administratoris solventis: *dicit. c. 10. n. 5. p. 589.*; & in dolo est administrator, qui regimen, seu superioris præceptum transgreditur: *ibidem n. 6.*; & in crimen perjurii incurrit non servando regimen, quod servare juravit: *ibid. n. 7. p. 589.*

Administrator, qui pecuniam per regimen, seu mandatum domini ad certum usum deputatam in aliud convertit, contrectare videtur: *tr. 1. l. 4. c. 10. n. 16. p. 590.*; de suoquè solvisse videtur: *ibi n. 17.*; ac solvere tenetur ex carcere quidquid in alios usus consumpsit: *n. 18.*; furti crimen committit: *n. 19.*; sicut similiter fullo, seu farcinator: *n. 20.*; nec non creditor, qui repignori datâ utitur: *n. 21.*; fures siquidem judicantur omnes rebus ad certum usum datis utentes in alio diverso: *n. 22.*; peculatus crimen incurunt: *n. 23.*; usuras talis pecuniaæ solvere debent: *n. 24. 25.*; & , si pecuniaæ fuerint publicæ, tenentur de vero dolo, & in exilium mittuntur: *n. 26. p. 591.*; sicut pariliter omnis administrator, propriis usibus pecunias domini applicans, in vero constituitur dolo, furti actione tenetur, &

adversus illum (si de animo non restituendi constat: *n. 28. p. 591.*) in item juratur: *ibi n. 27. p. 591.*

Adhuc non dato regimine, velmando to, prohibente pecuniam ad unum usum destinatam ad alium applicare, adhuc administrator non potest eam in diversum usum erogare: *tr. 1. l. 4. c. 10. n. 38. p. 592.*; & multò minùs pecuniam publicam prooperibus pubicis destinatam: *ibi n. 39.*; eoquè magis pecuniam ad emptionem frumenti deputatam, ipsumvè frumentum: *ibi de n. 40. ad n. 42. p. 593.*

Do'osi administratores ultrà pœnas corporales condemnantur ad restitutio nem pecuniarum injustè receptarum, unà cum illarum interesse, estò non sint in mora restituendi: *tr. 1. l. 4. c. 10. n. 30. p. 591.* Si autem sint administratores publici, & convincantur de dolo, quomodo sunt puniendi? *dicit. c. 10. n. 29. p. 591.*

Quam culpam præstent administratores? Levem, latam, & dolum: *tr. 1. l. 4. c. 10. n. 44. p. 593.* Ergò de levissima non tenentur? Spes te feffellit; quia itidem de levissima tenentur, quando pretio, pecuniavè ambierunt administrationem: *n. 45. 46. p. 594.*; & aliqua amplius dabimus in verb. *Furtum*. Ob negligentiam ergo puniendi non sunt? Pedetentim; ob eam etenim administratione privantur: *ibi n. 48. p. 594.*; & jure meritò, quia negligentia per se sola est delictum, ut aſpices *ibi in n. 50.*, & in verb. *Negligentia*; & tenentur amplius omnia resarcire damna, quæ negligentiam suâ dedére: *n. 52. p. 594.*; igitur si tempore debito nomina debitorum non exigant, & postmodum non solvendo fiant, de suo solvunt: *n. 53.*, quippè in hoc casu sunt in culpa: *n. 54.*, nisi debitores sint in notoria paupertate: *n. 55. p. 595.*; & etiam ad interesse in tali casu obligantur: *n. 56.*; prout tutores, & *Prælati*: *n. 57. p. 595.*

Tritici publici administrator ad quid obstringatur? *tr. 1. l. 4. c. 10. à n. 59. p. 595.*

Non solum tenetur administrator de damno dato in rebus acquisitis, verum & in rationabiliter acquirendis: *tr. 1. l. 4. c. 10. n. 63. p. 595.*

Licet habeat administrationem cum liberâ, & plenâ administratione, nequit actus illos efficere, in quibus de jure speciale mandatum requiritur: *tr. 1. l. 4. c. 10. n. 67. p. 596.*; quia generalitas illa restringitur, ut civiliter intelligatur: *n. 68.*; & clausula illa *cum liberâ* non inducit, quod mandans promittit ratum, & firmum habere: *n. 69. p. 596.*

Bona administratoris hypothecata manent pro administratione: *tr. 1. l. 4. c. 10. n. 71. p. 598.*; & non tantum pro mala administratione sua, sed & pro mala administratione substituti: *n. 85. p. 600.*; culpæ enim reus est, qui malorum hominum utitur operâ: *n. 86.*, & latius dicemus in verb. *Hypotheca.*

Jura, quæ de tutöribus loquuntur, de cæteris administratoribus prædican- tur: *tr. 1. l. 4. c. 10. n. 58. p. 595.*

Administratores inter se administra- tionem dividëtes, alii pro aliistenentur: *tr. 1. dict. c. 10. n. 78. p. 598.*; sicut pariformiter tutores: *n. 79.*; civitatis administratores: *n. 80.*; Navicularii publici: *n. 81.*; Magistri navium: *n. 82.*; particulares administratores: *n. 83.*; nisi ab homine, vel à lege divi- sam habeant administrationem: *n. 84. p. 598.*

Post solutionis tempus à creditoribus conveniri queunt administratores: *tr. 1. l. 4. c. 10. n. 92. p. 601.*; & eis solvere tenentur juxta tenorem man- dati: *n. 91. p. 600.*; ante diem verum debitum solvere possunt: *n. 94. p. 601.*

Administrator, qui debito tempore in- ventarium non fecit, nec servat sui regiminis formam, removendus est: *tr. 1. l. 4. c. 10. n. 97. p. 602.*

Non liberatur administrator ex solu- tione facta non vero creditori, et si jussu judicis solvat, nisi causâ credi- toris sit exactus, vel coactus, & non sponte solvat, vel nisi mora haud fuisset per administratorem commis- sa: *tr. 1. l. 4. c. 10. den. 100. ad 103. p. 602.*

Administrator quilibet regulariter do- losus non præsumitur, sed bono ani- mo administrasse: *tr. 2. l. 7. c. 8. n. 112. p. 744.*

Prodiga administratio, non adminis- tratio, sed profusio est: *tr. 2. l. 7. c. 8. n. 117. p. 744.*, & *c. 9. n. 6. p. 746.*

Rerum dotalium administratio quod ad maritum pertineat, quis ibit infi- cias? *tr. 2. l. 7. c. 9. n. 1. p. 745.*; nisi mulier in pactis nuptialibus eam si- bi reservasset: *ibi n. 2.*; sed an hæc reservatio apud nos fieri queat? Di- gnosces à *n. 3. ad 6. p. 746.*

Tutores, & curatores legitimi sunt ad- ministratores pupilli, & minoris: *tr. 3. l. 6. c. 15. n. 4. p. 30.*

Pater legitimus administrator est bo- norum filii: *tr. 3. l. 2. c. 1. n. 4. p. 25.*; & non solum bonorum adventitio- rum, in quibus habet, sed & adven- titiorum, in quibus non habet usum- fructum: *ibi n. 29. p. 27.*; & regula- riter in omnibus filii bonis, mobilibus, immobilebus, adventitiis, maioratûs, emphyteusis, fæudalibus, acquisitis intuity clericatûs, Comitatûs, Du- catûs, & cæteris: *ibi à num. 30. ad 44. à p. 27.* Definit tamen adminis- trator esse si ad secunda convolet vo- ta: *tr. 3. l. 3. c. 6. n. 33. p. 113.*, & *c. 9. n. 19. p. 128.*; nisi filii emancipati fit tutor: *tr. 3. dict. c. 9. n. 20. p. 128.* Et quando pater malè administrare di- catur? *tr. 3. l. 8. c. 2. n. 40. p. 296.*

Furioso ipso jure, Prodigio ex inquisi- tione suorum bonorum administra- tio interdicitur: *tr. 3. l. 4. c. 3. n. 70. p. 166.*

Administrationes confundi non de- bent: *tr. 3. l. 4. c. 6. n. 21. p. 198.*

Ad-

Administratores an, & quando de pecuniis receptis onerandi? *tr. 4. l. 1. c. 1. n. 65. p. 10.*; quando de lucro cessante, & damno emergente: *ibi n. 66.*; de fructibus prædiorum quando? *n. 67.*; de frumento, vino, oleo, &c.? *n. 61.*; de fætibus pecorum? *n. 69.*; de damnis ex malitia, negligentiavè? *n. 70 p. 10.*

De administratore doloso non reddente, dolosevè, aut intricate reddente rationes, & an torqueri valeat? *tr. 4. l. 1. c. 1. n. 71. p. 10.* An, liquidatione accepti facta, pro acceptis executari valeat? *ibi n. 72. p. 10.*

Quæ in rationibus administratoribus computanda sint, & plura alia ad rationes administratorum spectantes? Videsis verb. *Rationes*, vers. *An administratoribus computentur?*

Hæredes administratoris de dolo, aut culpa, etiam levi, defuncti non tenentur, neque adversum eos in litem juratur, nisi ipsimet hæredes de dolo, culpavè convenientantur? *tr. 4. l. 1. c. 2. n. 72. p. 26.*; neque ab eis in rationibus præstandis exigi potest in inventario à prædecessore omissum: *ibi n. 73.*; tenentur tamen jurare nec inventarium, nec bona in illo descripta vidisse, ad manusvè suas pervenisse: *n. 74.*; ast, si libros illos in hæreditate defuncti fuisse liquidò constet, vel præsumptio, aut conjectura contra hæredes adsit, ad juramentum non admittuntur; sed allis probationibus certioranda est amissio: *n. 75. p. 26.*

Administratio, & administrandi obligatio quomodo probetur? *tr. 4. l. 1. c. 2. n. 99. p. 30.*

Removetur administrator ob malam administrationem: *tr. 4. l. 1. c. 6. n. 12. p. 58.*

Taliter administrare debet tutor, ut non perdat, & nihil intermittat, unde pupillo commodum acquiratur: *tr. 4. l. 2. c. 12. n. 2. p. 155.*

Quibusnè teneatur administrator ratio-

nes reddere? Si plures administrationes diversæ uni commissæ sint omnium rationem reddet committenti: *tr. 4. l. 4. c. 1. n. 16. p. 228.* E converso committens omnium administrationum rationes accipere obstringitur: *n. 17.* Si separatæ, & diversæ sint administrationes uniuscujusquæ ratio separatim, & non conjunctim redi debet: *n. 18.*; nisi ex tacita, expressavè contrahentium mente diversæ administrationes tanquam unica, & individua commissæ sint: *n. 19.*; alias verò in dubio administrationes connexæ, correspœctivæ, & individuæ dicuntur: *n. 20. p. 229.* Pariliter quando bona plurim indivisa administrantur, una sola administratio, unaquæ sola obligatio reddendæ rationis est; secùs si bona divisa, & separata administrentur: *tr. 4. l. 4. c. 1. n. 34. 35. p. 234.*

Ubi administrator quilibet sine consensu domini administrationis subalternos constituit administratores, per eos administrare præsumitur: *tr. 4. l. 4. c. 1. n. 31. p. 233.*; quia personalissima est administratio, ideo alii committi periculo domini nequit, sed committentis periculo: *dict. c. 1. n. 32. p. 233.*

De receptis non obstringitur administrator, nisi ratiotiniis dispunctis, & soluto sibi debito apparente: *tr. 4. l. 5. c. 6. n. 48. p. 358.*

Administrator dominum, ut rationes recipiat, compellere potest: *tr. 4. l. 4. c. 1. n. 17. p. 228.* & *l. 5. c. 6. n. 50. 51. p. 358.*

Concursus creditorum administrator carceri mancipatur, fides, super quibus factus fuit concursus, non restituat: *tr. 4. l. 5. c. 6. n. 60. p. 359.*; & similiter omnis administrator, si, administratione finitâ, administrationis res non restituat: *ibi n. 57. p. 359.* Curatori apud nos assimilatur administrator concursus creditorum: *ibi n. 61. p. 359.*; & quam potestatem C habeat?

habeat? n. 62. 63. 64. à p. 359.; & alia multa de hoc administratore, seu depositario concursus creditorum, invenienda sunt in tr. 4. l. 6. c. 10. t. à p. 91.

In dolo est frater administrans, quando fratribus minoribus tutorem, & curatorem non postulat: tr. 4. l. 6. c. 1. n. 10. p. 3.

Durante administratione rationes reddere non adstringitur procurator: tr. 4. l. 6. c. 2. n. 101. p. 22.

Contra administratores nimis rigorosè nullatenus agendum: tr. 4. l. 8. c. 15. à n. 2. p. 312.

Officium suum damnosum administratori esse nequit: tr. 4. l. 8. c. 13. n. 7. p. 299.

Prævidere tenetur administrator, quæ accidere possunt: tr. 4. l. 7. c. 1. n. 14. p. 117.

Fisci administrator absque mandato judicis nec denarium unum expendere quit: tr. 4. l. 6. c. 10. n. 22. p. 93.

De Republicæ, Civitatis, vel Oppidi administratoribus plura, ac pulchra invenies per tot. c. 1. tr. 4. l. 7. à p. 115.

Quomodo probetur administratio? tr. 4. l. 6. c. 2. n. 86. p. 20.

Quando finiatur administratio concessa pupilli tutori, minoris, & absentis curatori? tr. 4. l. 5. cap. 7. num. 35. p. 368.

Denique mente tenebis, quod omnia, quæ de tutoribus, & curatoribus prædicantur, de cæteris omnibus administratoribus intelliguntur: tr. 4. l. 2. c. 9. n. 26. p. 121.; similiter omnia de administratione fæculari prædicta, æquè de ecclesiastica prædicantur: tr. 4. l. 1. c. 4. n. 13. p. 38.

Admiratio non ex rebus ordinariis nascitur, sed insolitis: tr. 8. palestr. 2. leet. 5. p. 204. col. 2. inf.

Admonitio lectu digna, ab Authore orphorum judicibus, tutoribus, & curatoribus facta: tr. 3. l. 8. c. 10. t. à p. 329.

Admonitio ferri debet à Principe æquo

animo: tr. 6. l. 1. c. 1. num. 15. p. 3.

Admonentur judices, ut, non obstante partium consensu, se abstineant à cognitione causæ, in qua se legitimè suspectos invenerint: tr. 6. l. 2. c. 7. n. 4 p. 34.; & admonentur etiam, ne potestate, quâ fruuntur, abutantur: tr. 6. l. 3. c. 7. n. 45. p. 93.; tertio admonentur, ne aperiant vota sua ante tempus: tr. 6. l. 4. c. 8. n. 63. p. 176.; & tandem, ne superbi sint: tr. 6. l. 4. c. 9. n. 32. p. 189.

Adoptio quid sit? tr. 2. l. 1. c. 8. num. 3. p. 74.

Adrogatio quid? tr. 2. l. 1. c. 8. n. 4 p. 75.

Non sunt in usu in nostro Regno: tr. 2. dict. c. 8. n. 85. p. 81.

Inter unam, & aliam duodecim exarantur differentiæ: ibid. à n. 5. ad 27. à p. 75.

Advenæ, & *Peregrini* qui dicantur? tr. 5. c. 5. n. 34. p. 27.; & quare ad munera publica non admittuntur? tr. 1. rubr. part. 1. à n. 141. p. 18.

Advocatio. An judex, renuntiantibus partibus forum, poslit advocare causam? tr. 5. c. 1. à n. 32. p. 6.

Avari etiam possunt ad Curiam advoicare causas: tr. 5. c. 3. n. 22. p. 18.; senes: ibi n. 23.; hereditas jacens: n. 25.; amore capti: n. 26.; demoniaci: n. 27.; venter: n. 28.; pupillus uxoratus: n. 29.; pupillus habens patrem religiosum, vel negligentem: n. 31.; virgines etiam ætate maiores: n. 32.; furiosi, mente-capti, fræneticiquè: n. 33.; fatui: n. 34.; lunatici: n. 35.; ebrii: n. 36.; omnes, qui sub tutela, aut cura sunt: n. 37.; & multi alii per tot. cap.

Privilegium isthoc advocandi ad Curiam habet locum in causa delegata, si in delegatione expressè non derogatur privilegium: tr. 5. dict. c. 3. n. 40. p. 19.; habet etiam locum in præjudicium habentium jurisdictiones, ceu sunt Barones, & apud nos Domini terrarum: ibi à n. 41. ad 44; adversus potentiores: n. 45. & seqq., ubi

ubi de aliis casibus; & habet simili-
ter locum coram judice nundinarum:
tr. 5. c. 4. n. 1. p. 21.

Advocatio caularum, executionum vè
an à Præside provinciae fieri queat?
tr. 9. q. 82. n. 12. p. 443.

Advocatus ut non debet rationibus ge-
neralibus, sed specialibus, quia ju-
ribus in specie potius, quam in ge-
nere standum est: *tr. 1. rubr. part. 3.*
n. 79. p. 61.

Advocatus nequit cum cliente contra-
here validè: *tr. 2. l. 5. c. 6. n. 163. p.*
484.; potest tamen institui, vel le-
gatum capere à cliente: *ibi à n. 165.*

Advocati nequeunt esse infames: *tr.*
3. l. 4. c. 10. n. 102. p. 216.

Advocati periti, & non unus dun-
tax, sunt consulendi ad lites, & ma-
xime à tutoribus in causis minorum:
tr. 3. l. 6. c. 20. n. 14. p. 41.; imò & pe-
ritiores: *tr. 3. dict. c. 20. n. 52. 56. 57.*
p. 44.

Advocatus, qui fuit in causa, nequit in
illa esse judex, foro conscientiæ at-
tentio, nisi affectu priùs deposito:
tr. 6. l. 2. c. 6. n. 7. p. 32.; neque in fo-
ro fori: *tr. 6. l. 4. c. 8. n. 49. p. 174.*

Ex inimicitia repellitur à præstando
patrocinio adversus inimicum: *tr.*
6. l. 2. c. 14. n. 13. p. 53.; quia eum gra-
vare potest: *tr. 6. l. 2. c. 19. n. 6. p. 60.*
Cogi tamen nequit, ut adversus ami-
cum patrocinium præstet: *dict. c. 19.*
n. 7. p. 61.

Potest postea esse Advocatus illius par-
tis, pro qua, dum judex erat in cau-
sa, sententiam protulit: *tr. 6. l. 4. c. 8.*
n. 48. p. 173.

Appellatione officialium justitiæ non
veniunt Advocati: *tr. 6. l. 4. c. 7. n.*
34. p. 164.

Advocatus nemo esse valet in propria
causa: *tr. 6. l. 3. c. 13. n. 21. p. 101.*

Debet esse verax in sermone, justus in
judicio, plenus in consilio: *tr. 6. l. 2.*
c. 19. n. 10. p. 61.

Advocationis munus est publicum: *tr.*
6. dict. c. 19. n. 15. p. 62.

Et per advocationis exercitium nobili-
tas acquiritur: *tr. 6. dict. c. 19. n. 16.*
p. 62.

Quando Advocatus est necessarius, ut
testimonium præstet, interdici po-
test, ne pro alia parte patrocinium
exhibeat: *tr. 6. dict. c. 19. n. 8. p. 60.*

Adulterium. Ob adulterium licitum est
viro uxorem dimittere: *tr. 2. l. 4. c.*
13. n. 46. p. 420.; & sine ejus conser-
tu sacros suscipere Ordines: *dict. n.*
46. Et è contra, uxor ob sœvitias di-
mittere virum: *dict. n. 46*; vel ob
crimen, in quo vertitur periculum
animæ: *n. 47.*; vel ob quidpiam si-
mili: *ibi n. 47. p. 420.*

Mulier, quæ adulterium cōmisit, do-
tem, cæteraquæ bona lucro mariti
perdit: *tr. 2. l. 6. c. 8. n. 50. 51. p. 650.*,
intelligendo ut in *n. 105. usque ad*
108. p. 656.; quod etiam procedit in
matrimonio putativo: *ibid. n. 52. p.*
651.; etiamsi filii extent ex ipso,
aut ex alio priori matrimonio: *ibi*
n. 53. 54.; & perdit itidem donatio-
nem propter nuptias, seu lucrum
dotis: *n. 55.*; & bona parapherna-
lia: *n. 56.* Sic verò non est si uxor
vim passa sit: *n. 57.*; vel si ambo con-
juges adulterium cōmiserint: *n. 58.*;
vel si vir pateretur uxorem adulter-
are: *n. 59.*; vel si marito posteà re-
conciliata sit uxor: *n. 60.*; vel si per
ignorantiam cum alio viro concu-
buerit: *n. 61.*; vel si post divortium
innocens adulterium etiam commis-
erit: *n. 62.*; vel (prout aliqui) si uxor
commiserit adulterium propter viri
sœvitias, aut famis necessitatem: *n. 64.*
(sed absit limitatio isthac: *n. 65.*)

Ædificatio. Cuilibet jure licitum est in
suo ædificare, & quidpiam aliud fa-
cere, quantumvis vicino noceat, si
æmulatio non adfit: *tr. 9. q. 57. à n.*
1. p. 330., & *q. 87. n. 2. p. 462.*: secùs
in publico: *tr. 9. quæst. 87. n. 11. p.*
464. Ad æmulationem alterius quan-
do quis ædificare dicatur? *tr. 9. q.*
57. n. 5. p. 330.

Propriane authoritate destruere possum ædificatum in fundo, in quo mihi servitus debetur? *tr. 9. q. 78. n. 7. 8.* & *12. p. 425.*; & an ædificatum in publico? *ibid. n. 5. 7. 10. 11. 14.* & seqq. à *p. 424.*

Numnè ab incolis ædificari valeat in montibus incultis, vulgo *Mattos maninhos*, cæterisque locis publicis? *tr. 9. q. 78. n. 2. 4. 8. 9. p. 424.* & seq.; & an ibidem ædificatum prohibere queant per interdictum, *Ne quid in loco publico*, & quale ad id præjudicium requiratur? *ibid. & n. 3.* & *10. à p. 424.* **U**trum fundi dominus eum vallo, parietevè munire possit, non obstante possessione, quam communitas habebat, pascendi in illo pécora sua? *tr. 9. q. 57. t. à p. 329.*, & videas verb. *Paries*, & *Pascua*.

Quod spatiū relinquendū, nè lumen obscuratio attendatur? *tr. 9. q. 87. n. 5.* & *11. p. 463.* & seq.

AEdilis. Edilitas nobiles non facit, qui nobiles non sunt: *tr. 2. l. 1. c. 3. n. 66. p. 21.*

Emulatio nemini illustri, ac bono parcit: *tr. 1. rubr. part. t. n. 23. p. 4.*

Emulatio in dubio non præsumitur, idcirco ab allegante probanda: *tr. 4. l. 2. c. 10. n. 71. p. 134.* & *tr. 9. q. 57. n. 8. p. 330.*; & eò fortius ubi datur utilitas: *tr. 9. q. 87. n. 3. p. 463.*; inter ministros politicos, ac militares plurimum nocet: *tr. 8. palestr. 1. lect. 22. p. 119. col. 2. in med.*

Reliqua jam enucleavimus in verb. *Ædificatio*.

AEqualitas in divisione bonorum est servanda inter cohæredes: *tr. 2. l. 8. c. 21. à n. 5. p. 862.*; & maximè inter filios: *tr. 9. q. 18. n. 6. p. 80.*; quia:

Inæqualitas est inimica legis: *tr. 2. dict. c. 21. n. 7. p. 862.*

AEqualitas contractus, & usuræ iniqüitas in quo consistat? *tr. 9. q. 42. à n. 6. p. 244.*

AEquiparatio. Dispositum in uno ex æquiparatis, dispositum in alio judi-

catur: *tr. 1. l. 3. c. 3. num. 12. p. 290.*; dummodò in æquiparato similitudo detur: *ibid. n. 35. p. 293.*; & lex nova, circà unum ex æquiparatis in lege veteri disponens, ad alterum exten-ditur: *n. 42. p. 294.*

Trebelliana, & falcidia æquiparantur: *tr. 1. l. 3. c. 3. n. 11. p. 289.*; dicemus què in verb. *Falcidia*, & *Trebelliana*.

Legata, & fideicomissa pariformiter æquiparantur, & per omnia exæqua-ta sunt: *tr. 1. l. 3. c. 3. n. 54. p. 296.*

Aequitas non scripta vincit à rigo-re scripto: *tr. 1. l. 1. c. 6. n. 20. p. 99.*, & *c. 8. n. 11. p. 106.*, & *l. 3. c. 5. n. 25. p. 305.*, & *l. 4. c. 9. n. 74. p. 573.*; ali-ter in æquitate scripta: *idem tr. l. 3. c. 5. n. 24. p. 305.*; quando rigor, & æquitas in scriptis inveniuntur, ista præfertur illi: *l. 4. c. 9. n. 73. p. 573.*; æquitas non scripta, ut cerebrina, non venit attendenda, imò nuncupatur iniquitas: *tr. 1. l. 4. c. 8. n. 144. p. 555.*

Aequitatis interpretatio arripienda est ex præsumpta legislatoris mente: *tr. 1. l. 2. c. 2. n. 13. p. 178.*

Ad æquitatem recurritur quoties jus scriptum deficit: *tr. 1. l. 2. c. 2. n. 19. p. 179.*

In officialibus æquitatē lex expostu-lat, quò ad emolumenta, & acce-siones: *tr. 1. l. 2. c. 5. n. 41. p. 195.*

Aestimatio. Bona tunc dantur æstima-ta, quando dos consistit in certo pe-cuniae numero: *tr. 1. l. 3. c. 12. n. 127. p. 393.*

Bona æstimata periculo recipientis per-eunt: *tr. 1. dict. c. 12. n. 129. 134.*, & seqq. à *p. 393.*; & ei similiter com-modum, & augmentum spectat: *n. 130. p. 393.*

Facienda est æstimatio juxta præsen-tē rerum statum, locorum consue-tudinem, temporumque penuriam, ubertatemvè: *tr. 1. l. 1. c. 11. n. 42. p. 155.*

Bona sunt in inventario æstimanda: *tr. 1. l. 1.*

I. l. c. II. n. 12. p. 151.; quacumque etiam non obstante consuetudine: *n. 3.*, & ratio *n. 4.*; quia ad divisionem procedi nequit, nisi bonis prius æstimatis: *num. 5. p. 152.*; quæ quidem æstimatione fieri debet per peritos: *n. 6.*; qui sunt à publico deputandi: *n. 7.*, & cogi possunt ad acceptandum: *n. 8.*: deficientibus vero peritis à publico electis, sunt à partibus eligendi: *n. 11.*; & à judice cogendi, ut acceptent: *n. 12. 13. p. 152. & seq.*; si autem nec à publico, nec à partibus sunt electi, à judice eliguntur: *n. 14. p. 153.*; & quid periti isti facere prius debeant? *n. 16.*; æstimatione facta intra latitudinem pretii naturalis, & legitimi, supremi, medii, vel infimi valida est: *n. 21.*; peritique debent res æstimandas videre per se: *n. 24. p. 154.*; alias est æstimatione nulla: *num. 26.*; & res æstimanda ab eo est, qui ratione sui officii ejus pretium scire præsumitur: *n. 25. p. 154.*

Intra triennium immobilia bis æstimanda non sunt: *tr. I. l. I. c. II. n. 41. p. 155.*; nec, nisi justa de causâ, iterum æstimanda, quæ à defuncto de proximo æstimata fuere: *ibi num. 77. p. 160.*

Immobilia tantum valere judicantur, quantum eorum fructus, deductis expensis, per spatium viginti annorum valent: *tr. I. l. I. c. II. n. 43. p. 155.*; modò fructus sint regulares: *n. 44. p. 156.*

Valor rei per testes de credulitate probatur: *tr. I. l. I. c. II. n. 54. p. 157.*; & per testes de auditu: *ibidem n. 55.*; ast deponere debent de valore tempore contractus, non de anteriori, aut posteriori: *n. 45. p. 156.*; & etiam deponere debent de pluribus annis præcedentibus, & subsequentibus: *num. 47.*; & quando simpliciter deponunt de valore rei, intelliguntur deponere de valore tempore convento in articulis: *n. 48.*; si autem agatur de

æstimanda filii legitima, respicitur tempus mortis parentis: *num. 58. p. 157.*; si de divisione facienda inter hærcdes, divisionis tempus inspicitur: *n. 59. p. 158.*

